

Propositio XIV.

Longitudinem crepusculi indagare.

In initio crepusculi matutini aut vespertini, quod deprehenditur, si ex loco editiore turris aut montis nihil amplius splendoris in parte utraq; vel occidua vel orientali percipiatur, observanda est per instrumentum altitudo stelle cujuscunq; ex qua per 12 propos. invenietur hora illius momentum antè vel post meridiem, ex quo arcu semidiurno Solis ad illum diem ablato, relinquitur longitudo Crepusculi. Vbi tamen observandum, quod arcus semidiurnus ad centrum Solis supputatus diem paulò minorem ostendit. Nondum enim incipit vespere Crepusculum, aut manè tum primum cessat, quando Sol centraliter

C 3

ipsum